



nirent; valebit quod faciunt presentes secundum Innoc. & Ioan. And. & Felin. supra num. 34. in d. cap. cum omnes, non tamen poterit is, ad quem spectat Congregatio Capituli, mutare nolentes venire, ut dicit Abb. in e. quasint, de his que sunt a maiori parte Capituli, num. 3. cum Innocentio in cap. 1. de maiori parte, c. obedire, nec possunt gravari ad veniendum tempore insolito, vel incongruo, & sic non ad voluntatem Superioris, sed prout est consuetum, secundum Butrium in c. is qui, de maiori parte & obedientia. Hæc Paulinus.

CAP. VIII.

De professione fidei.

SVMMARIA.

**P**rovisi de quibuscumque Beneficiis curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel Vicarij, & provis de Canonicis, & Dignitatibus, etiam in Capitulo professionem Fidei facere tenentur, numer. 1. Fidei professio facienda etiam est a promovendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales, num. 2. & a promovendis ad Doctoratum, vel alium gradum, & a professoribus, seu Lectoribus aliquid scientie, vel artis iuxta constitutionem Pij IV. num. 3. Ista constitutio non videtur recepta in Hispania quo ad professores, seu Lectores, nec quoad gradum Baccalariatus, nec etiam bene quo ad gradum licentia, nec quo ad processum, seu informationem, de qua ibi. numer. 4. Professio Fidei fieri debet iuxta formam traditam a Pio IV. quod id extendit ad quoscumque Prelatos regulares, num. 5. & 6. quod videtur debere intelligi de Prælatiis perpetuis num. 7. An provis de aliis Beneficiis ante Concilium tenerentur facere professionem Fidei? num. 8. ubi resoluitur, quod, si post Concilium cepissent possessionem, tenerentur eam facere, idem etiam, si haberent possessionem ante Concilium num. 9. & 10. An ista obligatio emittendi professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesiis Collegiatis? num. 11. Provisi in Collegiatis, aut de Portionibus etiam in Cathedralibus, & si de consuetudine Portionary habeant vocem in Cap. aut sint de Capitulo, vel de Beneficiis simplicibus, non tenentur facere professionem, contra Zerolam num. 11. & 14. De personatibus, & officiis Cathedralium idem dicendum quod de Dignitatibus, num. 15. Ista obligatio habet locum in Canonicis regularibus Ecclesiarum Cathedralium, num. 16. An, qui semel emisit professionem Fidei in adoptione Parochialis, vel Canonici, teneatur eam emittere in adeptæ alteri? num. 17. & 18. resoluit, quod sic. An isti teneantur sponte, & absque monitione se offerre ad professionem faciendam? num. 19. & 20. resoluitur affirmatue. An Canonici, etiam exempti, teneantur emittere professionem etiam in manibus Episcopi? num. 21. resoluitur affirmatue. An fieri possit professio Fidei coram Vicario Episcopi, eo non impedito? numer. 22. & 23. resoluitur affirmatue. An, si provis de Dignitatibus, vel Canonicis fecerint professionem Fidei in Capitulo, præsentem Episcopo,

sen Vicario satisfaciunt absque eo, quod eam iterum faciant coram Episcopo, vel Vicario? num. 24. resoluitur affirmatue. An, sede Episcopali vacante, satis sit provisum de Canonicis, vel Dignitate facere professionem in Capitulo, etiam si ibi non adsit Vicarius Capituli? num. 25. cum seg. resoluitur non satis esse. Provis de Beneficio curato debet facere professionem coram Vicario Cap. sede vacante, & non coram Capitulo, num. 28. An, qui intra duos menses professionem non emisit, teneatur eam postea eam emittere? resoluitur quod sic, num. 29. qua professio facta post duos menses, non predest ad querendos fructus temporis præteriti amissos, sed futuri, non tamen sint amissi fructus illorum duorum mensium, num. 30. & 31. An, verminus duorum mensium currat provis, qui non accepit possessionem, tamen eam percipit? resoluitur, quod non, num. 32. Verba Concilii, nec illis possessio suffragatur, solum intelliguntur ad effectum acquirendi fructus, numer. 33. & 34. An qui non fecerint professionem Fidei, teneantur in conscientia fructus restituere, etiam non interveniente aliqua sententia? & resoluitur, quod sic numer. 35. Cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi, ob non factam professionem? num. 36. cum seg. resoluitur fructus Parochialium applicandos esse Ecclesiæ, vel pauperibus loci, fructus vero Dignitatum habentium fructus separatos a mensa Capitulari, fabrica Ecclesiæ, vel alteri pio loco, fructus vero Canonici, & Dignitatum habentium fructus in mensa, ad Capitulum spectant. Super fructibus debitis capitulo non potest qui eum eo se componere, nam administrator non potest donare, num. 44. cum seg. An debentes facere professionem Fidei teneantur illam ostendere? num. 45. cum seg. resoluitur, quod si prius accesserit contra aliquem, ut prius aratur fructibus ob non factam professionem, agentis incumbere onus probandi negativam, secus, si Superior ex officio vellet videre professionem. An Canonici, qui nondum fecerunt professionem, possint haberi pro presentibus de licentia cap. num. 48. & resoluitur negativè, num. 49. ubi adducitur decretum S. Congregationis. Canonici, qui non fecerunt professionem, non possunt haberi pro presentibus, nec fructus percipere, etiam si pro negotiis Capituli sint absentem, aut in officio Sancti. Inquisitionis, numero 50. ubi adducitur alia declaratio. An Ordinarius possit condonare fructus amissos ob non factam professionem? num. 51. cum seg. resoluitur non posse, sed recurrendum ad Papam, seu Penitentiarium. Ad capiendum professionem non solet attendi, an sit facta professio Fidei, maxime in absentibus, num. 54. An ob non factam professionem amittantur etiam distributiones quotidianæ? numer. 56. cum seg. resoluitur negativè, amittitur tamen grossa Præbendæ, etiam si residendo, & interesse lucrifaciat, num. 59. & etiam distributiones, quando omnes fructus in eis consistunt, numero 60. De fructibus Præbende, aut Parochialis non est aliquod detrahendum pro servitio præstito, sed omnes debent restitui, non facta professione, num. 61. An qui non faciunt professionem Fidei, peccent mortaliter?

liter; & resoluitur, quod sic, si vera tempore a Concilio prædictum fuerint notabiliter negligentes, numero 61. Verbum, teneantur, est necessitatis, & præcepti, quod inducit mortale, num. 63. An, qui non fecerint professionem Fidei, ob ignorantiam, vel inadvertentiam præcepti Concilii, excusentur a mortalitate, & ab amissione fructuum? num. 94. cum seg. resoluitur non excusari in foro exteriori, excusari tamen in foro conscientie, si ex pura ignorantiæ, vel inadvertentiæ absque mala fide eam non fecit. Ista lex Concilii est penalit, quatenus privatur fructibus, & sic non obligat in conscientia ad restitutionem, servante peccato, contra P. Led. num. 67. & 68. An istud iuramentum, & professio Fidei debeat fieri corporaliter, ad effectum scripturarum? resoluitur, quod sic, num. 69. cum seg. Ubi iuramentum deferretur a iure, requiritur necessario in actu iurandi corporalis talis scripturarum, numer. 70. & seg. Professio Fidei non potest fieri per Procuratorem ex sententia S. Congregationis, & Rotæ, num. 72. ponuntur decis. Rotæ, num. 73, 74. & 75. Concilium absolute, & generaliter dicit ad professionem Fidei provis de Canonicis infra duos menses, siue faciant fructus suos ratione residentiæ, siue vigore indultis, num. 76. & seg. Provis de quibuscumque Beneficiis curam animarum habentibus, in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, seu Officiali, & provis de Canonicis, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo professionem Fidei facere tenentur, intra duos menses ad minus a die adeptæ possessionis, alioquin fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur ex decreto S. Concilii Tridenti, sess. 24. de reform. c. 12. vers. provis etiam, tradunt Fulfocus de visitatione, lib. 1. ca. 5. num. 25. & lib. 2. cap. 3. num. 4. Flam. Parisius de resignatione Benef. lib. octavo, quasi 9. a num. 121. & lib. 20. quasi 5. num. Eman. Rodriguez in sum. primo, tom. cap. 19. num. 7. & novissime P. Led. in sum. 2. part. tract. l. c. 4. 10. conclusio. Que etiam Fidei professio est facienda est a promovendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales iuxta d. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 1. & constitutionem Greg. XIV. de forma faciendi processum, & inquisitiones super promovendis ad regimina Ecclesiæ defuncti & a promovendis ad Doctoratum, vel alium gradum, & a professoribus, seu Lectoribus aliquid scientie, vel artis liberalis, iuxta constitutionem Pij IV. de Doctorum promotione, & forma professionis Fidei. Que tamen constitutio non videtur recepta in his Regnis, quoad professores, seu Lectores, nec quoad gradum Baccalariatus, nec etiam bene, quoad gradum licentiæ, nec quoad processum, seu informationem, de quo ibi illo modo. Et prædicta professio Fidei fieri debet iuxta formam traditam a Pio IV. in d. constit. & in constit. 114. super forma iuramenti professionis Fidei, ubi id extendit ad quoscumque Prelatos regulares: & tradit Nauræ, consil. 10. de iurur. Flam. Parisi, d. quasi 9. n. 3. & F. Man. Rodriguez 3. & quæ regularius 2. tom. g. 72. art. 1. Quod videtur debere intelligi de prælatiis perpetuis, loquitur enim de iis, quibus Monasteriis providetur, quatenus de omnibus etiam temporalibus id

intelligat Led. 3. i. conclusio, qui tamen ait in aliquibus Religionibus id non feruari, sed esse consuetudinem in contrariis, quam ipse improbat. Sed dabitur primo, si a provis de Parochialis, & Canonici, aut Dignitatibus ante Concilium teneantur facere huiusmodi professionem Fidei? In quo dubio breviter respondetur, certum videri, quod, si tempore Concilii nondum possessionem cepissent, sed postea, teneantur eam facere, quia verba Concilii bene comprehendunt hunc casum, & faciunt multa tradita per Nauræ, in cap. si quando, de rescript. except. 21. Difficultas est circa provis, & habentes professionem ante Concilium, quo casu non videatur habere locum decretum Concilii, nam lex respicit futura, non præterita, nisi de eis caueatur expresse, & sic, & sic de constit. cum alius, & illa verba d. c. 12. Concilii, a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses, non possunt convenire provis, & habentibus professionem ante Concilium. Nihilominus tamen S. Congregatio Concilii contrarium censuit, ut apparet ex sequenti declaratione super d. ca. 12. vers. provis autem, ibi. Compræhenduntur etiam Canonici, & alia Dignitates, & persona existentes in Cathedralibus ante Concilium. Quod tamen non credo fuisse feratum, & receptum, nisi forsam à paucis. Secundo dabitur, an obligatio ista emittendi professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesiis Collegiatis, seu regularibus? In quo breviter dicendum est primo, non extendi ad Canonicos, & Dignitates in Collegiatis, cum Concilium solum loquatur de provis de Canonici, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, & de Beneficiis curatis. Et ita censuit S. Congregatio super d. vers. in his verbis. Congregatio censuit non extendi ad Canonicos in Collegiatis 12. Feb. 1588. Unde provis in Collegiatis, aut Portionibus etiam in Cathedralibus, & si de consuetudine Portionary habeant vocem in Capitulo, aut sint de capit. vel de Beneficiis simplicibus, non tenentur huiusmodi Fidei professionem facere; quicquid dicat Zerola in praxi Episcopali, t. p. verb. Beneficium. §. 5. dicto 4. & verb. Fidei professio ex Concilio sess. 25. de reform. c. 2. vers. ceteri vero, quod decretum minime probat suam sententiam, nam solum loquitur de professione faciendi in prima synodo à Beneficiis, qui in ea convenire debent. De personatibus autem, & officiis Ecclesiarum Cathedralium idem videtur dicendum quod de Dignitatibus, quia requirantur in iure, & ita videtur de mente concilii ibi. Secundo dicendum est, t habere locum in Canonici regularibus Ecclesiarum Cathedralium, ut Pamphilon. Dertafen. Et ita etiam censuit S. Congregatio super d. vers. sic, his verbis, comprehenduntur etiam si fuerint regulares, & computandi sunt duo menses a die electionis, vel quo admittantur ad participationem massæ capitulari. Tercio dubitatur, an qui semel emisit professionem Fidei in adeptione præ Parochialis, vel Canonici, teneatur eam denovo emittere in adeptione alterius Parochialis, vel Canonici, seu Dignitatis? in quo breviter dico, quod sic: ut patet ex generalitate verborum concilii, quatenus intellexerim in facti contingentia viros doctos consultasse contrarium. Et ita delaravit S. Congregatio, ut patet ex de-

declaratione sequenti. An teneatur Fides professionem de novo facere... An teneatur Fides professionem de novo facere... An teneatur Fides professionem de novo facere...

19 Quarto dubitatur, an f. prouisi de Parochiali, Canonico, seu Dignitate teneantur sponte, & absque monitione se offerre ad professionem faciendam... in quo breuiter respondetur affirmatiue, vt clare patet ex verbis Concilij...

20 Et ita censuit S. Congregatio vt in declaratione sequent. An prouisi f. de Parochiali teneantur sponte se offerre ad professionem emittendam, vel admonendos...

Quinto dubitatur, an Canonici, etiam exempti, teneantur emittere dictam professionem Fidei, etiam in manibus Episcopi... respondeatur affirmatiue, vt per Nau. conf. 9. de iur. iurando...

21 Sexto dubitatur, an fieri possit professio Fidei coram f. Vicario Episcopi, eo non impedito... videtur quod non ex illis verbis Concilij...

22 Nihilominus tamen f. dicendum est posse, & satisfieri d. decreto faciendo professionem coram Vicario, etiam Episcopo non impedito...

23 Septimo dubitatur, an si f. prouisi de Dignitatibus, vel Canonici Cathedralis fecerint professionem Fidei in capitulo, presente Episcopo, seu eius Vicario... An teneatur Fides professionem de novo facere...

24 Octauo dubitatur, f. in Sede Episcopali vacante, satis sit prouisi de Canonico, vel Dignitate facere professionem in Capitulo, etiam si ibi non adsit Vicarius Capituli...

25 Et videtur, satis esse, nam Capitulum, Sede vacante, f. succedit in iurisdictione Episcopi, & fungitur vice illius... f. in Sede Episcopali vacante, satis sit prouisi...

26 Nihilominus tamen contrarium videtur verius.

nam, f. cum iurisdictione Episcopalis administraretur per Vicarium, magis per eum repraesentatur Episcopus, quam per Capitulum...

Vnde etiam videtur, prouisi de Beneficio f. curato debere facere professionem coram Vicario Capituli sede vacante...

Nono dubitatur, an qui intra duos menses a die adeptæ possessionis professionem non emisit, teneatur eam postea emittere... respondeatur tamen, nam iste terminus duorum mensium non ponitur ad faciendam obligationem...

Et ita in terminis docet idem f. Navar. conf. 11. de iur. iurando, num. 1. vbi num. 3. recte ait, quod professio facta post dictos duos menses non prodest ad querendos fructus temporis præteriti...

27 Decimo dubitatur, f. an terminus duorum mensium datus ad faciendam professionem curat prouiso, qui non accepit possessionem, stat tamen per eum quominus illam accipiat... respondeatur negatiue...

Vndecimo dubitatur, f. quomodo intelligantur illa verba Concilij, nec illis possessio suffragetur, an per ea velit Concilium, quod illis poss. sio non suffragetur, etiam ad effectum regulæ de triennali, & alios effectus...

132 Et videtur, satis esse, nam Capitulum, Sede vacante, f. succedit in iurisdictione Episcopi, & fungitur vice illius... f. in Sede Episcopali vacante, satis sit prouisi...

Flamin. d. quæst. 9. libro 8. num. 122. sequitur Eman. Rodrig. d. c. 119. n. 7. & idem videtur tenere Ledes. sup. 4. o. 7. diff.

35 Duodecimo dubitatur, f. an qui non fecerint professionem Fidei intra dictos duos menses, non faciant fructus suos, ita vt in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente aliqua sententia? Et dicendum est, quod sic, non quia illa lex non sit pœnalis, sed conventionalis...

36 Decimotertio dubitatur, f. cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi, ob non factam professionem Fidei, nam Concilium, id non determinat?

37 In quo Fuscus de visitatione f. lib. 2. cap. 3. num. 4. & cum eo Flam. Parisius d. quæst. 9. num. 123. & 124. & Lechus de Beneficijs, & pensionibus, cap. 13. numero 4. versicul. quod si Parochialis, loquendo de Parochijs, dicunt assignandos... & applicandos esse fabricæ Ecclesiæ...

38 Vnde videtur necessarium f. fructus istos erogare fabricæ ipsarum Ecclesiarum, aut pauperibus loci, vt dicitur in d. 1. vers. si quis autem.

39 In Dignitatibus vero f. habentibus fructus distinctos, & separatos a mensa Capitaliari videtur, quod fructus amissi ob non factam professionem sunt restituendi, & applicandi fabricæ Ecclesiæ...

40 At in Canonicijs, f. & Dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitaliari, videtur fructus amissos, ob non factam professionem Fidei, ad Capitulum spectare, sicut fructus non residuum, aut excommunicatorum.

41 Ait tamen Flam. Parisius, supra, f. quod hodie in Regno Neapolitano incamerantur dicti fructus amissi ob non factam professionem, quod etiam in Hispania in Ecclesia Gadicensi f. præterit facere Nuntius collector Apostolicus...

42 Ecclesia Gadicensis, f. præterit facere Nuntius collector Apostolicus, nempe exequi penas contra illos, quos non constabat fecisse professionem Fidei, & applicare fructus Camerae ex motibus proprijs...

43 Ecclesia anno 1602 in qua D. Dionysius de Melgar f. Canonicus Doctoralis Toletanus, & D. Ioan. Gutierrez Canonicus Doctoralis Ciuitaten. & Dom. Quelada Canonicus Gadicens. & D. Barba Canonicus Doctoralis Malacitanus, & Licentiatum Salazar Canonicus Genen. quibus commissum est, vt id viderent, & dicerent suam sententiam, dixerunt, quod sentiebant pro opinione plana, & etiam practica in aliquibus Capitulis, quod fructus Canonicozum, & Dignitatum habentium fructus in mensa pertinebant ad Capitula, & non ad Cameraam...

Capitulum contra Theaurarum habentem fructus in mensa, vt fructus biennij perceptos ei restituere ob non factam professionem, nec fuit opus, nec in decisionibus dicitur, & Capitulum non esse partem ad illos petendos...

Sei flante, quod isti fructus f. amissi ob non factam professionem spectant ad Capitulum, est difficultas, an illos debent posside re componere cum Capitulo, soluta aliqua parte, sicut cum Papa, & remaneat tutus in conscientia?

Et videtur, quod sic ex t. Nauar. conf. 303. de atat. & quali. vbi respondet, quod non tenetur quidem ad restitutionem fructuum, pro quibus se composuit cum Capitulo, si ad illud pertinebant.

Contrarium tamen verius videtur, f. nam ante factam distributionem, & applicationem Capitulum, seu Caputales persone solum sunt administratores, vt dictum est cap. præced. num. 428. & administrator non potest donare, seu remittere, cap. 2. de donat. l. contra iuris. f. sim. Imperatores. ff. de pactis. l. si deus familiae de donatio. l. ambitus. de decret. ab ordine facien. l. pactum curatori. C. de pactis. l. præser. Cod. de transact. cum alius. vbi Dd. Pinellus in ca. C. de bonis maternis. p. n. 55. Io. Garcia de expensis, & melioratio. c. 20. n. 8. & 9. & Curia Pisanus lib. 2. c. 20. vbi Azuevedos vnde, qui se composuit cum Capitulo non maneret securus, sed partem sibi remissam deberet restituere fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij iuxta supradicta, & que diximus d. c. præced. n. 451.

Decimoquarto dubitatur, f. an debentes facere professionem Fidei teneantur illam ostendere, & probare, alias cogi possint ad restitutionem fructuum?

In quo breuiter dicendum est, f. quod, si aliquis priuatus ageret contra Parochum, seu Canonicum, vt priuaret fructibus, ob non factam professionem, agenti incumberet onus priuandi negatiuum, cum in ea se funderet, sicut dicimus de non publicatione infra 11. part. c. 3. n. 3.

Si vero Superior ex officio, f. vt Ordinarij, aut visitator vellet videre professionem, tunc Parochus, seu Canonicus teneatur illam ostendere, ad nota. in cap. Ordinarij, de off. Ord. in 6. vt in simili de publicatione tradit Felin. de refig. lib. 12. quæst. 14. n. 35. cum seqq.

Decimoquinto dubitatur, f. an Canonici, qui nondum fecerunt Fidei professionem, possint nihilominus haberi pro presentibus, & fructus percipere de licentia Capituli? in quo breuiter respondetur negatiue ad tradita cap. præced. verbo 18. numer. 402. & facit capitulum commissum, f. Perre, de elect. in 6.

Et censuit S. Congregatio f. in vna Seguntina professionem Fidei, vt in declaratione sequent. Illisrisimus & Reverendissimus Dominus. Decreto Concilij Tridenti. sess. 24. c. 12. de reformat. statutum est, quod prouisi de Parochialibus intra duos menses a die adeptæ possessionis teneantur coram Episcopo, vel eius Vicario orthodoxo Fidei publicam professionem facere, & prouisi de Dignitatibus, vel de Canonicijs Cathedralibus, illam non solum coram Episcopo, vel eius Officiali, verum etiam in Capitulo facere debeant, aliquoquod fructus non faciant suos, nec eis possessio suffragetur, quare Episcopus Seguntinus supplicat, pro declaratione dubiorum infra scriptorum primum, an prouisi de Dignitatibus...



post provisionem Theauraris, & scirei provisionem, tam tempore provisionis, quam tempore indultus in Romana Curia existisset, & conatum etiam esse in ea residere propter litteras, ut in ipso indulto exprimitur, necessario futendum esse etiam Papam voluisse ipsam remittere per incivim obligationem professionis Fidei faciendi, nec enim dici potest, quod Papa crediderit professionem Fidei factam a Joanne fuisse ante indultum propter brevitatem temporis, cuius non fuit ignarus S. Pontifex, quia exprimitur in indulto, se nuper contulisse Theauraria, in qua quia huiusmodi indulta non solent nisi ex iustis, & legitima causa concedi, quare credendum est Papam voluisse omnia optime intelligere, & sic tempus collationis residentiam dicti Joannis in urbe, & residentie causam, quibus consequens est, ut credere nullo modo poterit professionem ante indultum factam, non etiam dicendum est, quod Papa voluerit illum accedere ad partes pro facienda professione, cum quia hoc repugnat causa expressa in indulto, scilicet, quia cogitur in Romana Curia permanere, cum etiam, quia sic intelligendo indultum redderet seve inutile, ex quo indultum de percipiendis fructibus in absentia incipi currere a die data. *Oldrad. conf. quinquagesimo sexto Ioan. And. in addit. ad Specul. Rubrica de clericis non residentem. verf. circa quam quæro. Unde si d. Joannes debuisset ire Carthagenam pro facienda professione, & ad Curiam pro lite redire, non habuisset plenum, & integrum Beneficium indulti, nec iuxta illud in Romana Curia, pro lite permanendi facultatem. Sed videbatur Dominus tollere omnem difficultatem, quod Papa voluit eum posse percipere fructus, etiam non facta prima residentia, ex quo aperte colligitur, quod non tenebatur d. Joannes ire Carthagenam ad faciendam primam residentiam per dictum biennium, & consequenter etiam non tenebatur ire ad faciendam professionem Fidei per illud tempus, nec dicitur potuisse eum per Procuratorem emittere huiusmodi professionem, aut illum in Curia facere, & publicum in firmiturum ad partes transmittere, quia certum est huiusmodi iuramentum debere corporaliter prestari, ut tradunt Dd. in c. ego. N. de iurand. Abbas n. 6. quo fiam, cum decretum Concilii vellet, ut faceret coram Capitulo, & Episcopo, aut eo impedito coram Vicario, necessarium est enim, qui profiteatur, presentem esse, alioquin dies non poterit, quod corporaliter iuraverit, & professionem emisit coram Capitulo, & Episcopo. Ex quibus, & aliis latius deductis per informantes pro d. Joanne concluditur, quod cum Papa sciret ante indultum professionem non fuisse emissam, voluerit, eum in Curia remanere, & fructus percipere per biennium perinde, ac si esset in Ecclesia, & non facta residentia tacite videtur prorogare obligationem professionis Fidei faciendi.*

In eadem coram eodem. primo Iulij 1588.

**D**ominus persisterunt in resolutione die 19. Februarij, preteriti ex rationibus tunc deductis, & placuit ea consideratio, quod si pro emittenda professione debuisset Theaurarius ire Carthagenam, & Romam redire, ut liti operam daret, indultum fuisse potius damnosum quam utile, ex quo proficiendo, vel in Curia, vel per Procuratorem non satisfacerebatur Concilio, hinc tollitur obiectionem, quod fiebat, quod dispensatus super vno impedimento non censetur super alio dispensatus. leg. si quando. C. de inoffic. testam. quia hoc non procedit, quando dispensatio redderetur inutilis. In eadem coram eo-

**Proposuit tertio causam in Carthagenam. Africani pro- pretae, quod res gratis, & nova agitur, se facile in exemplum transferre posset, & Dominus steterunt in decisis, duabus postmodum rationibus. Prima, quod d. Ioan. non fecit fructus suos vigore possessionis, sed vigore indultus, & propterea summus extra causam Concilij, auserentis fructus ab illo, qui intra duos menses à die adeptæ possessionis professionem Fidei coram Episcopo & Capitulo non fecit. Secunda ratio fuit, quia cum, & per illustrissimos Cardinales interpretes Sancti Concilij Tridentini, resolutum fuit, & alias coram in hac causa firmatum, professio Fidei per Procuratorem fieri nequeat, indultum de percipiendis fructibus in absentia per necessarium antecedens censetur dispensasse à professione Fidei faciendi, non & si dispensatio debeat strictè intelligi, venient in dispensatione ea omnia, sine quibus dispensatio redderetur frustratoria, & delusoria Bald. in capit. postulatus, numero 9. & ibi Felin. numero 20. de respic. Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annum, numero 55. cum aliis allegatis, et in casu isto de nihilo ferre servasset indultum, si opus fuisset pro habendis fructibus Carthagenam ad faciendam professionem accedere, ex quo in itinere magna pars biennij fuisset consumpta, & fuisset necesse multa incommoda, & expensas pati, quæ forte superflue commodum fructuum illius biennij, quæ immo fuisset illud contra expressam mentem Papæ volentis eum in Romana Curia causa lite remanere. Non parum confirmant hanc opinionem verba illa indulti, non facta prima residentia, ex quibus apparet Papam voluisse dispensare d. Ioanem ab accessu ad suam Ecclesiam pro prima residentia facienda, sic etiam à professione Fidei, quæ personaliter, & ex dictum, in adeptione possessionis fieri solet. Nec dicitur, quod potuisset petere dispensationem à Papa, ut faceret eam in Curia, vel per Procuratorem coram Capitulo. Carthagenam, emittere professionem, quia non tenebatur id petere, cum res dictum est, iam per indultum de percipiendis fructibus fuisset dispensatus ab obligatione faciendi dictam professionem, nec id quidem in totum, sed ad tempus; nam clarum est, quo lapsu biennio tenebatur eam facere ita, ut non sublata obligatio, sed potius dilata, ac suspensa videretur. quare, cum facultas inducatur suspensio seu dilatio. quæ omnimoda dispensatio, eo etiam facultus Domini in istam opinionem descenderunt.**

Quæ decisiones sunt notandæ, & aduertendum, primum rationem in hac decisione vltima adductam non videri bonam, nam Concilium absolute, & generaliter arctat ad professionem Fidei faciendam prouosus de Canonicatibus, aut Dignitatibus infra duos menses, à die adeptæ professionis, siue faciant fructus suos ratione residentie, siue vigore indulti, quod supplet residentiam, & non possessionem, & patet ex illa declaratione S. Congregationis in causa Segobien. supra adducta 15. Iulio, numero 50. ad l. & secundum.

CAP. IV.

De obligatione suscipiendi ordinem.

SUMMARIA.

**S**unt aliqua Beneficia, quæ requirunt ordinem Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, numero 11. Obiimenter huiusmodi Beneficia veniunt infra annum ordines

dines suscipere requisitos, n. 2. Parochus, non se faciens ad Sacerdotium promoveri e- lapso anno est Parochiali priuatus ipso iure, numero 3. quæ priuatio obligat in conscientia ante sententiam numero 5. Qui explicant capit. licet canon. & commissa de elect. in 6. numero 4. Ista priuatio non habet locum in eo, qui non fuit promotus propter irregularitates superuenientes, aut propter illiteratam, seu alium defectum, num. 6. & 7. ubi ponitur declaratio S. Congregationis, & alia numero 8. Nec etiam habet locum d. priuatio, & obligatio, se ordinandi durante eo motu generis, ex quo ineptus esse videtur, ad effectum sacerdotale per se exercere, n. 9. ubi ponitur declaratio S. Congregationis. Obiimenter Dignitates, Canoniciatus, aut alia Beneficia, si infra annum ordinem non susceperint requisitos, non incurunt priuationem ipso iure, numero 10. quia capitulum, licet canon. solum procedat in Parochialibus, numero 11. Isti, qui non receperunt ordinem requisitos ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo habent vocem in Capitulo extrinseci Capitulatum, Episcopus concedat, & dimidiam partem distributionum per dant, numero 12. Decretum Concilij sess. 22. cap. 4. de reform. comprehendit ea omnia Beneficia, quæ ordinem requirunt ex sententia S. Congregationis, n. 13. quæ videtur velle, quod comprehendat etiam Beneficia extra Cathedralia, vel Collegiatam, n. 14. quæ quæ Clem. ut ij, qui §. illi vero, non habent locum in Beneficijs extra Cathedralia, vel Collegiatam, n. 15. Post monitionem possunt illi priuari Beneficio ob non receptionem ordinum, n. 16. N. si forte careant etate requisita, n. 17.

An in Ecclesijs, ubi sunt adiecti, possit Ordinarius absque eis procedere ad priuationem Canonicoꝝ ob non receptionem ordinum, num. 18. cum seq. resoluitur posse, quia ista non videtur causa criminalis, & adducitur declaratio S. Congregationis, licet alia sit contra. Qui in Subdiaconatus ordine constitutus non sunt, non habent etiam vocem in Capitulo, licet id ab alijs sibi concedatur, nec sint in mora illius suscipiendi. Nec habent vocem consilium, nec assensum in Cap. nu. 15. 24. & 25. Decanus, in Archidiaconus, ad quem spectat convocare Capitulum, & proponere, & resolueri, id potest facere, licet non sit in sacris constitutus, numero vigesimo sexto, ubi adducitur declaratio Sancti Congregationis.

In Ecclesijs, in quibus Dag. vnus potest constitueri Vice- decanum, poterit constitueri illum, qui non sit in sacris ad conuocandum, presidendum, & resoluendum, numero vigesimo septimo. In Ecclesijs, in quibus desiciente Decano, ius conuocandi, & presidendi spectat ad antiquiorem Capitulum gradatim, non spectabit ad eum qui non est in sacris, numero 28. Dicitur Clementin. ut ij, qui §. dict. decretum Concilij non procedit in alius, quæ extra Capitulum sunt, numero 29.

In Ecclesijs, ubi collatio spectat ad Canonicum hebdomadarium per turnum, Canonicus etiam in sacris non constituitur ad effectum conferendi suam hebdomadam habere debet, n. 30. Capitulum potest committere collationem, vel nominatio-

nem Beneficij Canonico, qui non sit in sacris, numero 31. Canonici, qui non est in sacris potest optare ibi.

Quæ dicta sunt circa carentiam votis in Capitulo, & que sint extra Capitulum de non constitutis in sacris, dicenda etiam sunt de non suscipiendis infra annum ordinem requisitis, n. 32.

Parochus, qui ad Sacerdotium a promotore non attendens Parochiale suscipere, peccat mortaliter cum obligatione restituendi fructus, nisi voluntate mutata promotus fuerit, n. 33.

An id procedat ad accipientibus alia Beneficia, quam Parochiales sine annuo suscipiendi Presbyteratum, vel alios ordines, annexo, n. 34. cum seq. resoluitur affirmative relati sententia Doctorum, in subiectione taxen de accipientibus sic Beneficia, ut fructus interim percipiant illa postmodum dimissa.

Accipientes Beneficia simplicia, quibus non est annexus ordo sacer annuo satisfaciendi carnis operibus, sed non accedendi ad ordinem sacrum, non peccant, nec ad fructuum restitutionem tenentur, n. 35. quæ ad agendum secundo, etiam si ea accepterint animo transeundi ad statum conjugalem, contra aliquos, numero 43. cum seq.

An d. decisio e. commissa §. ceterum, procedat in eo, qui cepit Beneficium sine proposito absolute assumentis sacerdotium, sed hastenus, & cum animo dubijs, aut cum proposito conditionatum, n. 46. cum seq. resoluitur contra alios non procedere, Et talem non peccare, nec teneri ad restitutionem.

An accipientes Beneficium sine annuo assumentis sacerdotium teneatur restituere fructus percipios durante tali animo etiam si postea illud mutato promotus sit in tempore, n. 51. & 52. resoluitur non teneri.

An hic, qui a principio bono animo se promovendi accepit Beneficium, & postea illud mutato retinet illud, teneatur ad restituendum fructus percipios post eum mutatum, n. 53. cum seq. resoluitur contra aliquos generi necesse deducendum suspendium quæ dedit Vicario.

An decisio d. §. ceterum, procedat in eo, qui accipit Beneficium cum proposito non se promovendi, non tamen sine intentione fructus eiusdem, n. 57. & 58. resoluitur affirmative.

Cui sit facienda restitutio istorum fructuum? resoluitur restituendas esse fabricas, vel pauperibus, nisi in canonicatibus fructus in mensa, n. 59.

**S**unt aliqua Beneficia, quæ requirunt, & habent annexum ordinem, Sacerdotij Diaconatus, aut Subdiaconatus, vel Beneficia curata, Canoniciatus, Portiones, & Dignitates, & alia, vt dicitur 37. par. cap. 1. obtinentesque huiusmodi Beneficia tenentur infra annum à die pacifice possessionis, vel quo per eos iteriter quominus eam habeant, iusto impedimento cessante, ordines suscipere requisitos, capitul. licet canon. cap. commissa, de electione in 6. Clementin. ut ij, qui de atate, & qualitate, Sancti Concilij Tridentini 22. cap. 4. de reform.

Alioquin Parochus non se faciens ad Sacerdotium promoveri elapso anno est Parochiali priuatus ipso iure, ad cap. licet canon. cap. commissa, quod vltra d. d. ibi late explicat Rebuffus in capit. titulo de dispensatione de non promovendo, & præcipue tit. de non promoti infra annum. Bernard. Diaz in pract. criminal. cap. 51. & ibi Salcedo, Flaminus Parisius, de resignatione Beneficij, libro 3. quæst. 2. & Ze-



40 *ani, & in leg. cum quidam. numer. 29. & 30. ff. de liberis & postum. Decius in reg. saltem cuique. 5. in penultimis. numer. 15. ff. de regul. iur. Aymon de antiquitate temp. 715. 4. parte. sectione. vide annu. modo. numer. 18. & Thom. Sanchez alios referens lib. 3. disputat. q. 2. num. 4. ex quo satis fundamentum contrarie sententia. 40. Præsertim quod dici potest. dist. cap. commissi. §. ceterum. non esse legem penalem novam. vt d. capitulum. licet canon. sed declarationem iuris antiqui. & obligationis iustitiae. quam ratio naturalis videtur inducere ratione fraudis. vt colligitur ex eius verbis ibi. tenebris. & ibi. non eos receperit fraudulenter. immo totum capitulum. commissa. videtur magis declaratio. quam ius novum.*

41 Intelligenda tamen est ista sententia de his. qui non intendentes assumere ordines illis annexos assumunt dicta Beneficia. vt fructus ex eis interim percipiant. illa post modum dimissuri. aut compellantur ordinari. vt in d. §. ceterum. secus vero de his. qui accipiunt dicta Beneficia cum intentione. & proposito. non assumendi sacros ordines debitos. dum eis permillum fuerit. nec cogantur illos assumere. vt sunt aliqui in Ecclesiis Cathedralibus. illi enim. quamuis peccent mortaliter. cum habeant intentionem non obseruandi ius. nec adimplendi suam obligationem. tamen non tenebuntur ad restitutionem fructuum interim perceptorum. licet de facto. quia non fuerunt coacti. nunquam sint promitti. nam eos non receperunt fraudulenter. vt in d. §. ceterum.

42 De accipientibus. tamen vero Beneficia simplicia. quibus non est annexus sacer ordo. animo quidem satisfaciendi eorum oneribus. sed non ascendendi ad ordinem sacrum. dicendum est. non peccare. nec ad fructuum restitutionem teneri. quia id nullo iure prohibetur. vt recte inquit Nauarr. dist. cap. 25. num. 118. & conf. 1. de Præbend. quem sequuntur Quintanaduennas. & Graffius d. numer. 55. Lud. Lopez d. cap. 256. Eman. Rodriguez. d. cap. 30. num. 8. & Vega d. cap. 36. casu 23. & Thom. Sanchez d. disp. 45. num. 7.

43 Quod etiam eadem ratione teneat dicendum de accipientibus huiusmodi Beneficia simplicia animo transendi ad statum conjugalem. nempe non teneri ad restitutionem fructuum. nec peccare. modo interim velint viuere Clericaliter. & debitum officium præstare. vt recte docet Nauarr. d. cap. 21. de oratione. n. 52.

44 Quamuis peccare mortaliter teneat Soto d. artic. 6. quem sequitur Toletus supra. & videntur tenere Flam. Paris. de resign. lib. 4. q. 11. numer. 42. & Io. Gutierrez. supra n. 26. & peccate venialiter Tho. Sanchez num. 19.

45 Et quamuis idem teneat Nauarr. inferius Miscellanea 44. num. 2. alias Miscell. 49. num. 205. dicat se & Sotum conchiarum posse intelligendo opinionem Soti de illis. qui animo absoluto mutandi sit statum Clericalem in conjugalem accipiunt Beneficia. suam vero de illis. qui non certo. & absoluto animo mutandi. sed conditionali. si aliquid suo proposito conuenientius superueniat. id faciunt. cum proposito tamen actuali. vel virtuali faciendi omnia. que Beneficium de præcepto requirit. dum illud tenuerint. existimo tamen non peccare etiam si animo absoluto id faciant.

46 Secundum dubium est. tamen an decisio d. §. ceterum. procedat in eo. qui capit Beneficium. sine proposito absoluto assumendi Sacerdotium. sed hesitans. &

cum animo dubio. aut cum proposito conditionali assumendi Sacerdotium. nisi aliud conuenientius ibi offeratur. vel nisi frater eius primogenitus obierit sine liberis? in quo Soto supra tenet affirmatiue. quoniam. cum text. ait. tamen non intendens. absolutam intentionem. expoficit. & qui absolute percipit fructus. absolutam debet habere intentionem. alioquin fraudulenter. vt ait textus. eos recipit Sequitur Io. Gutierrez. supra n. 22.

Contrarium. tamen. nempe talem nec peccare. nec teneri ad restitutionem fructuum. tenet Nauarr. d. cap. 25. num. 118. & d. e. 21. num. 45. & conf. 17. de Cleric. non res. sed. quia illa verba. non intendens. intelligenda sunt de illo. qui accipit Beneficium cum animo. & intentione non se promouendi. vt colligitur ex verbis sequentibus ibi. nisi voluntate mutata promotus fuerit. tum quia. vt ibi notant Dd. ille text. expresse loquitur de illo. qui fraudulenter accipit Beneficium vt lucratur fructus anni dati. ad se promouendum. quod non verificatur in assumente illud animo dubio. aut conditionali. qui reuera non committit fraudem. & sic cessat ratio illius textus. sequitur Graffius supra n. 55.

Et ita tenendum est. tamen quantumvis Lud. Lopez supra c. 255. quem sequuntur Eman. Rodriguez d. cap. 30. n. 8. & Vega d. casu 23. media via incedat tenendo cum Soto in eo. qui dubio animo Beneficium accipit. & cum Nauarro in eo. qui animo conditionali illud accipit. quod etiam tenet Th. Sanchez supra n. 10. sic intelligens Nauarrum.

Tertium dubium est. an accipiens Beneficium animo non assumendi Sacerdotium. teneatur restituere fructus perceptos durante tali animo. etiam si postea illo mutato. promotus sit in tempore?

Et dicendum est. non teneri. vt clare ait ille textus ibi. nisi voluntate mutata promotus fuerit. & sententiam ibi Doct. & contra Sotum supra recte tenet Nauarr. d. cap. 21. num. 46. & 50. Silues. versicul. Beneficium 3. num. 5. Ludouic. Lopez dist. cap. 255. & Eman. Rodriguez d. cap. 30. numer. 6. & Th. Sanchez supra numer. 7. & 9. Vazquez 12. tom. 2. disputat. 160. numer. 35.

Quartum dubium est. tamen an is. qui a principio bono animo se promouendi accipit Beneficium. & postea illo mutato. retinet illud. teneatur ad restituendos fructus perceptos post eum mutatum. nam de perceptis durante bono animo certum est non teneri.

In quo glossa in dist. §. ceterum. vers. non intendens. docet teneri. tamen quia eadem ratio est de retentione. ac receptione. sequitur Soto dist. art. 6. & Angles supra 6. dubio. qui ait ad fructus interim perceptos restituendos obligari. deducto. tamen stipendio. quod Vicario dedit. quia tunc fuit per Vicarium verus minister. vt Gabriel docet. sequitur etiam Carbo. & Graffius num. 54. vbi supra. & Ioan. Gutierrez. num. 23.

Contrarium tamen tenet Nauarr. d. cap. 25. num. 118. & dist. cap. 21. num. 50. cui accedunt Ludou. Lopez d. cap. 255. Eman. Rodriguez d. cap. 30. num. 8. & Vega t. dist. casu 23. & Thom. Sanchez num. 11. quia textus ille solum loquitur de accipiente. & non est par ratio. cum longe magis peccet qui ab initio fraudulenter accipit Beneficium animo non se promouendi. quam qui postea animo mutato illud retinet. nam ille grandem fraudem. & dolam committit. hic autem nullum. vel certe non tantum. quod maiori

iori ratione ait num. 118. d. e. 21. qui non intencit. sed de mutando dubitare cepit.

Mihi verior videtur sententia glossæ. nam non potest negari peccare tamen mortaliter. & cum fraude retinere Beneficium. & fructus illius percipere istum. qui mutato animo cum proposito non se promouendi. illud retinet. ad lucrandos fructus residui temporis. Nec videtur deducendum stipendium. quod deducit Vicario. vt ait Angles. nam cum malo titulo. & mala Fide illos fructus percipiat. nec eos faciat suos. nihil videtur deducendum. tamen sed sibi imputet. & facit. quod dicitur infra 7. part. cap. 13. num. 100.

Secundum dubium est. an decisio dist. §. ceterum. procedat in eo. qui accipit Beneficium cum proposito non se promouendi. nec tamen ad finem. &

effectum lucrandi fructus eius. sed ob alios fines. seu motiua. nam videbatur non procedere. quia loquitur de eo. qui sic accipit Beneficium. vt fructus ex eo per annum percipiat.

Nihilominus etiam in eo procedere verius existimo. tamen etiam is fraudem committit. & ita videtur sentire ibi Francus. n. 2. & alij. Carbo. 3. & Dd. supra allegati.

Sextum dubium est. cui sit facienda restitutio istorum fructuum? Et dicendum videtur. restituentos esse fabricæ. vel pauperibus. vt de fructibus amissis ob nõ recitationem horarum dicitur. Nisi in Canonicatibus. & alijs Beneficijs habentibus fructus in mensa Capitulari. qui videntur ad Capitulum spectare. vt alias dicitur capitul. præcedenti numero quarto.



# QVARTA PARS. DE MODIS PROVIDENDI ET DISPONENDI DE BENEFICIIS. EAQVE ACQVIRENDI

## CAP. I.

### De Collatione. Electione & Presentatione.

#### SVMMARIA.

**D**E Beneficijs varijs modis prouidetur. & varijs modis acquiruntur num. 1. sed tres potissimum modi. sub quibus alij continentur. collatio. electio. & presentatio. num. 2.

Collatio. quid sit. numero tertio. & quid sit institutio qua sub ea comprehenditur. numer. 4.

Collatio est duplex. necessaria. & voluntaria. & quæ vtraque sit. n. 5.

Electio. quid sit num. 6. ad quam reducitur postulatio. & quid illa sit. n. 7. & 8.

Electio. & postulatio conuenientia est nominatio. quæ est duplex. n. 9. & 10.

Materia electionis. & postulationis parua est in usu. nec est practicable. n. 11.

De materia electionis qui videri possunt. n. 12. & de materia postulationis. n. 13.

De electione nominalium. qui sint. vide n. 14.

Presentatio quid sit. n. 15.

Presentatio debet Clericis exhiberi. & offerri Episcopo. nec de absentibus presentatio. nisi cognita esset Episcopo quæ sit absentis. numer. 16. nec valet consue-

tud eiu contrarij. num. 17.

Licet Ordinarius non teneatur. admittere presentationem illius. qui non se personaliter exhiberet. tamen si causa admissis. valet presentatio. etiam si non esset notus. n. 18. & ita potest saluari practica hodierna. numer. 19.

Quamuis absentis ita notus ordinario. vt non indigeat examinatione. & esse possit presentari. tamen Ordinarius. licet possit. non tenetur admittere presentationem. n. 20.

Vbi sit presentatio de absentibus extra admissionem Ordinarii requiritur acceptatio presentantis infra tempus dictum ad presentandum. n. 21.

Vbi examinatio requiritur pro forma. seu aliter. est omnino necessaria. nisi presentis non potest. quantumvis presentatus sit notus. n. 22.

Resolutio Rote. ex qua dicta comprehenduntur. numero vigesimo tertio.

Difficultas contra proximam hodiernam. quod nunquam solent presentari corporaliter exhiberi. quæ non videtur posse saluari ex ratione tactæ. num. 18. Cum hodie ex Concilio requiratur examen pro forma in presentatis. non solum ad Beneficia curata. sed etiam simplicia iuris paruum. Eccles. n. 24.

Respondetur quod examen non requiritur pro forma presentationis. sed institutionis. n. 25.

Ad presentatiorem reducitur nominatio Vicarij. numero 26.

De nominationibus Vniuersitatum ad Beneficia. quæ in Gallia sunt. quæ agunt. n. 27.